

[Accueil](#)
[Revenir à l'accueil](#)
[Collection Boite_039 | Freud. Sexualité. Folie. \(Cours de Vincennes\). Item Claude Lacroix. Theologia Moralis I \[illisible\] Concupiscentia. \[photocopie\]](#)

Claude Lacroix. Theologia Moralis I [illisible] Concupiscentia. [photocopie]

Auteur : Foucault, Michel

Présentation de la fiche

Coteb039_f0511

Source Boite_039 | Freud. Sexualité. Folie. (Cours de Vincennes).

Langue Français

Type Fiche Lecture

Références bibliographiques [Lacroix, Theologia moralis](#)

Référentiel BNF <https://data.bnf.fr/ark:/12148/cb30710757p>

Relation Numérisation d'un manuscrit original consultable à la BnF, département des Manuscrits, cote NAF 28730

Références éditoriales

Éditeur équipe FFL (projet ANR *Fiches de lecture de Michel Foucault*) ; projet EMAN (Thalim, CNRS-ENS-Sorbonne nouvelle).

Droits

- Image : Avec l'autorisation des ayants droit de Michel Foucault. Tous droits réservés pour la réutilisation des images.
- Notice : équipe FFL ; projet EMAN (Thalim, CNRS-ENS-Sorbonne nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR).

Notice créée par [équipe FFL](#) Notice créée le 02/10/2019 Dernière modification le 23/04/2021

Données de data.bnf.fr

AUTEUR : Busenbaum, Hermann (1600-09-19 -- 1600-09-19)

TITRE Theologia moralis, antehac ex probatis auctoribus breviter concinnata a R. P. Herm. Busenbaum, nunc pluribus partibus aucta a R. P. Claudio La Croix,... Editio altera... - Index locupletissimus resolutionum omnium quae continentur tam in "Medulla" R. P. Hermanni Busenbaum,... quam in omnibus ad illam a... P. Claudio La Croix,... factis additamentis secundum ordinem alphabeti digestus a R. P. Leonardo Colendall,...

LIEU DE
PUBLICATION Coloniae Agrippinae

DATE 1716/1720

EDITEUR Coloniae Agrippinae : apud S. Noethen , 1716-1720

Liber V.

706

voluntariorum, sed causa horum motus est nobis voluntaria, ergo etiam hi motus. Prob. min. causa horum motuum est concupiscentia, sed concupiscentia est nobis voluntaria, ergo Prob. min. Concupiscentia est pena peccati originalis, cui autem peccatum est voluntarium, illi etiam voluntaria est pena, sed peccatum originale fuit nobis voluntarium, ergo. His est Achilles Jenenii, quem stravit Alexander VIII., damnans hanc 1. prop. In statu naturae lapsus ad peccatum mortale & demeritum sufficit illa libertas, qua voluntariam ac liberam fuit in causa sua, peccata originalis & voluntariae Adami peccantis. Unde, 12. 1. Si argumentum valeat, ergo mors omnium quodam corpus, ut prope pena peccati Originalis, fuit voluntaria Adamo & nobis, ergo Adam & quisque nostrum est quodam corpus homicida sui ipsius, 12. 2. Cuius causa est voluntaria voluntate propriâ, hoc est voluntarium, transeat, voluntate alienâ, n. intendunt autem adversarii probare, quod tales motus sint personaliter voluntarii, id eoque sicut in nobis peccata personalia actualia, quod implicat, quia repugnat peccato personali esse voluntarium voluntate alienâ, cum per hoc differat personalis ab originali, ut ex S. Aug. & S. Thoma obseruat Suar. De pecc. 5. f. 4. n. 4. Dixi, transeat, quia quamvis sit voluntaria, si tamen effectus non fuit in ea intentus vel pravis, non ideo est voluntarius, ut dictum est à n. 30. Jam verò patet illos effectus non esse à nobis pravis, nec forsitan ab Adamo, aut si ab hoc pravissi sunt, tamen voluntas Adami non erat moraliter nostra in ordine ad hoc, ut faceret omnes illos effectus nobis voluntarios.

Obj. 2. Motus illi sunt contra præceptum? Non concupisces, hinc S. Aug. de Sp. & lir. c. ult. dicit præceptum illud non posse in hac vita servari. 12. n. antec., nam præceptum illud prohibet non concupisci voluntariè & libere, cum debeat esse de materia possibili. S. Aug. tantum vult non posse servari in hac vita quoad hem in lege intentum, qui est perfecta tranquillitas animæ & liberatio ab omni inordinatio motu, hunc autem statum prius obtinebimus in celo.

Infl. Negari non potest, quod motus illi sunt mali. 12. Sunt mali, non formaliter, sed objectivè, id est, non possunt esse objectum honesta profectionis vel complacentiarum, ut nec homicidium ab ebrio factum, quamvis faciens aut patiens non ideo in conscientia aut coram Deo peccet.

Circa delectationem de objecto à malitia praescio, aut li per conditionem separetur malitia, addentur plura q. seq.

ARTICULUS II.

An delectatio morosa semper sit peccatum.

76. R Esp. Si terminetur ad cogitatum opus malum secundum se, est peccatum mortale vel veniale, prout ipsum opus mortale vel veniale est. Ita comm. ex D. Thom. 1. 2. q. 87. 4. 8.
Dixi, secundum se, quia si delectatio sit tantum de ipsa cogitatione, non aetrem de opere, non est peccatum, quia sicut cogitatio, v. g. de rebus obscenis, in ordine ad doctionem vel concionem &c. bona est, cogitatio autem de iisdem rebus ex curiositate, est mala venialiter, ita consequenter, delectatio de tali cogitatione tanquam objecto, non est mala, sed quandoque bona, quandoque venialiter mala. Similiter nec peccatum erit, si delectatio versetur circa modum male operandi, non circa ipsum opus malum, quo modo sine peccato saepe nos delectant fabulae, comediae, bella, homocidia,

traudes, furta, lapsus hominis, v. g. ex equo &c. non secundum se sed modus furandi, rapiendi, artificiosus & industrius, modus cadendi propinatus. Lym. 1. 1. 2. 3. t. 6. n. 2. Ex quibus respon.

I. Licitum est gaudere, & delectari morose de effectu bono, scilicet ex opere malo, quia tunc delectatio non est de objecto malo.

II. Si talis effectus secundus sit ex opere secundum se quidem malo, hic tamen & nomine culpa vacante, ut v.g. quia factum est in somno, amentia, ebrietate, inculpabilis ignorantia, tunc etiam de ipso actu licere aliquando delectari, non quidem secundum se sed ut est causa talis boni effectus, docet Less. 4. c. 3. n. 105. & 106. ex Vafq. I. 2. d. 105. c. 21. v. g. de solutione nature facta in somno. Ratio, quia objectum delectationis situs non est malum. V. Bon. de Mac. 4. 4 p. 8. n. 8. Sanch. 1. 1. mor. c. 2. n. 18. Lugo de Pern. 16. n. 389. Imò addunt, licere aliquando desiderare (effectu simplici, & inefficiaci desiderio) ut tales quid fieri culpa, v. g. ut in somno eveniat natura, ob finem bonum: dummodo desiderium non sit tam intensum, ut tale quid probabilitate causet, neque sit periculum consentiendi in tam volupitate. Ratio est, ajunt, quia objectum hujus desiderii, aut gaudii, non est malum. Vid. Less. & Bon. loc. cit.

III. Non est peccatum, saltem mortale, si coniuges delectentur appetitu tantum rationali, desiderio conjugij præterito, futuro vel possibili, respectu comparsis presentis vel absentis. Item si sponsus desiderer copulam futuram, aut de ea delectatur, vel vidua de præterita. Ratio, quia hi actus habent objectum licitum.

Dixi, appetitu rationali, quia si sponsus aut vidua, voluntariè conficiunt in delectationem sensitivam & carnalem, quia recordatione copula futura aut præterita naturaliter irritur, mortaliter peccat, ut docent Less. n. 120. Bon. Tam. Palau. V. Dian. p. 3. t. 5. mifc. R. 2. contra Medi. Et c. Quia verò ad supradictam voluntariè oblectationem, sensitiva & carnalis, ut plurimum, imò etiam periculum confessum in fornicationem, consequitur, oblectationem illam voluntariè in praxi via locum habere saltem in vidua, & sponsis: inter coniuges tamen, modò, periculum pollutionis abiit, etiam sensitivam & carnalem delectationem non esse mortale docent. Fill. Bon. q. 4. Sanch. Less. I. c. 1. Dian. p. 2. t. 5. mifc. R. 36. tum quia istatus Matrimonii hac excusat, ut etiam tacitus impudicos, solius voluptatis causa institutos: tum quia hæc tendunt per se ad opus conjugale, licet per accidens opus non exerceatur.

IV. Delectatio morosa de rebus solo jure positi vo prohibitis non est illicita, modò non fiat sub ratione prohibitionis, v. g. si Carthusianus, vel alius die jejunii se oblectet de cogitato esu carnium, quia non est de opere malo, cum lex tantum veterem comissionem externam. Lym. n. 9. Less. n. 11. & 113.

V. Qui delectationem morosam mortalem constitutur, addere debet circumstantias operis, de quo fuit delectatio, v. g. in materia ira, si fuerit de occidente fratre, an alio, uno, an pluribus: in materia carnis, an de conjugata, Moniali, confanguinea. Quod tamen limitant Azor. Sa. V. Luxuria. Salas 10. 2. 13. da 6. f. 6. n. 59. Et c. si delectatio feratur in objectu apprehensionis secundum totam suam malitiam, non autem si tantum secundum partem, v. g. in femininam apprehensionem ut non suam, non tandem ut alteri nuptiam, vel ut Moniale, quia enim probabile esse, sit delectationes tales reduci ad speciem simplicis fornicationis: Ita etiam Fill. Less. Bon. Dia. Palau. V. Lug. n. 363. Aliud est de solo opere externo, quod semper fertur in objectum, secundum

BnF
MSS

